



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus**

**Mansi, Giuseppe**

**Francofurti ad Mœnum, 1693**

Cap. X. Cum decore ac nitore resplendere debent loca vestium, ac  
supellectilis sacræ, ast longe ab omni fastu, ac luxu prophano

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38106**

in me committas, quo ira Dei in te concitetur.

Breviar.

Caput Decimum.

Cum decore, ac nitore resplendere debent  
loca vestium ac supellectilis sacra, ac  
longè ab omni fastu, ac luxu  
prophano.

Incumbit specialiter Ecclesiasticis curare, ut  
debitus nitor, ac congruens splendor, ac de-  
cor eluceat in divino cultu, nec erubescant in  
hoc imitari ac æmulari Principem aliquem  
secularem, qualis erat David, qui de seipso  
abique vana jactantia, pro nostra autem  
instructione, scriptum reliquit: *Domine*  
*dilexi decorem domus tua, & locum ha-*  
*bitationis glorie tue. Ps. 25. v. 8.* Congregaverat  
ille pro extructione templi sumptuosissimi  
plurimos auri & argenti milliones, illudque  
postea cum stupore omnium sæculorum ere-  
xit filius ejus; & tamen scimus, quod in tem-  
plo illo corporaliter nunquã habitaverit su-  
prema Majestas, prout comoratur in Ecclesiis  
nostris: *Ubi inhabitat omnis plenitudo divi-*  
*nitatis corporaliter. Coloss. 2. v. 9.* Resplendebat  
templum illud interius undequaque puris-

K

U. M. S. I.

U. M. S. I.  
el. M. S. I. G.





purissimoque auro, aliisque fulgebat lapidibus pretiosissimis, & tamen non serviebatur ita dicam, nisi pro animalium macello, in quibus ibi mactabantur ac jugulabantur sacrificiis, qualia erant oves, boves, arietes, &c. Quanta ergo majori ratione necesse est exornari debent templa nostra, in quibus non rubeat de insensatorum animalium cruore, sed de ipsiusmet Christi Agni immolati sanguine tremendo ac venerando. *Posti: è de hoc argumento loquitur Felix de Judæis, qui umbra legis deserviebant, haec serviebant; multò magis quibus veritas patefacta templum Domini adificare, & prout melius sumus, ornare debemus. Ornatus autem huiusmodi est, sacra suppellex, in quam, prout Christus sufficit, quis omnibus redditus suos impendere debet Ecclesiastici, licet enim talia in privatis ac domesticis bus spolia sint sæcularis ambitionis, in templis tamen signa sunt ac indicia splendidi religionis pietatis: *Auro & argento, lapidibus pretiosis, pro posse fidelium, singulis in templis splendet festiva devotio, quæ cum in sæcularibus ambitionis insignia sint, in Ecclesiasticis raris indicia sunt, prout scribit Rupertus in lib. 2. de divin. offic. cap. 23. Et ut verum dicatur, quæ modo comparatio est inter potentium, ac Magnatum huius sæculi, & sancti fuit e**



tet templa, quæ sunt domus Dei veri & vivi?  
 surgit enim, erigiturque una massa lutea  
 (quasi vero in illo, & non in aliis, consisteret  
 Eminentia Principum) tota resplendens &  
 intus, & foris magnificentia ac sumptuosi-  
 tate, ubi e contra domus illæ, in quibus doce-  
 tur Fides, alitur pietas, quasque incolit con-  
 tinuo Rex Regum, ac Dominus dominantium,  
 sapius & intra, & extra meram sæpissi-  
 mè spirant paupertatem! Quam indignum  
 est, nudum quodammodo, ac quasi spolia-  
 tum videre Dei templum, dum prophani pa-  
 rietes peristromatibus pretiosissimis coope-  
 riuntur, insuper & armaria inexhausto, ac  
 sæpe inutili, redundant vestium genere.  
 Christus ipse adhuc in carne mortali degens,  
 sufficienter indicavit, quantum expeteret,  
 ac desideraret sacrorum splendorem templo-  
 rum; si enim verum est, prout est verissi-  
 mum, quod cœnaculum Sion, in quo Apo-  
 stoli fuerunt ordinati Sacerdotes, & institu-  
 tum sacratissimum Altaris sacramentum, fue-  
 rit prima Ecclesia, in nova Lege Evangelica  
 reperiemus, quod voluerit illud esse orna-  
 tum: *Ostendet vobis cœnaculum grande stra-  
 tum: LUCÆ II. v. 12.* Etiam ipse calix, in quo  
 sanctissimum suum consecravit sanguinem  
 fuit ex lapide pretiosissimo; ut intelligere-  
 mus,

K 2

mus,

L. M. S. I.

L. M. S. I.  
L. M. S. I.



mus, quod ubi agitur de sacris vasis, alia  
 simili ad Dei cultum spectante suppellectile  
 nullum pretium, nullasve divitias esse fin  
 fluas. Et vero, quanta cura ac sollicitudine  
 non procurat sponsus aliquis ornatum  
 sponsæ, immensas in illo faciendo expen  
 consumendo in illum interdum ipsam do  
 imo & integrum Patrimonium? Quis  
 qui nesciat sponsam nostram esse Ecclesiam  
 Cum illa enim casto fuimus juncti con  
 dum in Episcopi manibus strictum perpetu  
 castitatis emisimus votum, illaque tunc  
 consignata est in sponsam: Nunquid  
 omni possibili industria allaborare debe  
 ad promovendum illius decorem ac  
 tum, nihil intermittendo quod ad nitore  
 splendorem, amplitudinem majorem, ac  
 chriorem illius cultum conferre poterit  
 quid ni? *sponsa est, studete ornatui*, inq  
 Bernardus. *Serm. 26. in Cant.*

Cura illa, quam in antiqua lege des  
 stravit Deus pro ornatu Tabernaculi  
 pro vasis sacris, aliaque suppellectile,  
 omnia umbræ tantum erant ac figura  
 gratiæ, clarè probat, quantum sibi com  
 cat Deus ornamenta, decorem ac splendor  
 templorum, altarium, vestium sacerdotum  
 aliorumque pro cultu divino utensilium



quia facta est mentio Tabernaculi, observa-  
 tione dignum est, quomodo increata Sapien-  
 tia ejusdem præscripserit, ac mandaverit or-  
 natum: *Facies cortinas de bysso, & hyacin-*  
*tho, & purpura, & cocco, præcipit deinde, Fa-*  
*cies & sagacilicina, ad operiendum teſtum ta-*  
*bernaculi. Exod. 36.* Per cortinas illas, intelli-  
 git Lyranus Ecclesiasticos: ergo (ecce my-  
 ſterium) licet velit Sacerdos æternus, ut in-  
 duamur vestibus pretiosis, ad conciliandam  
 inter homines venerationem ac respectum,  
 simul etiam pro majori reverentia ac decore  
 sui cultus ac servitii, requirit nihilominus  
 eodem tempore sub splendentibus illis vesti-  
 bus, sub holoserico ac tela aurea ac argen-  
 tea, pannos cilicinos, paupertatem, mo-  
 destiam, ac austeritatem corporis; ex quo  
 patet plus Deo placere ornamenta in hono-  
 rem suum facta, quando habitus pretiosos  
 exteriores, interior virtus, ac exemplaris vita  
 comitatur. Verissime cum summo ornatu, deco-  
 re ac magnificentia resplendebat in Ecclesia  
 S. Carolus, in habitu Pontificali comparebat,  
 ac procedebat summa cum majestate; verum  
 sub illo latebat hispidum cilicium, ac habitus  
 ita miser, ita lacerus, ut illū vix pauper pro e-  
 leemosyna acceptasset. Ulterius super illa no-  
 tandum est, quod cortinæ illæ, seu potius saga-  
 cilici-

V. G. V. S. I.

Veritas  
etiam



cilicina, ordinata à Deo erant ad Tabernaculi defensionem: *Ad operiendum Tabernaculi*, ut intelligeremus, plus magister teneri, firmari, ac defendi Ecclesiam cilicium, quam per purpuram, que illi, præ reliquis aliis, æterna cuncta retro sæcula digni sint memoria, primò cogitant de ornamento virtutis, ea de paramentis Altaris. Hujuscemoditus fuit S. Prælati ille, cujus mentem facit in sua Epistola 4. ad Rust. S. Hieronymus: *S. Exuperius Tolosa Episcopus* ens pascit alios; *Et ore pallente jejuniis*, torquetur aliena, omnemque substantiam Christi pauperibus erogavit: *Nihil obstatius*, qui corpus Dominicum canistro nico, sanguinem portat in vitro. Et utrum dicamus, deberemus principaliter ante omnia urgere, ac procurare internam animam, nam absque illo cultus exterior vagus est, redditus formis oculis divinis, hinc dicit Lactantius; *Lib. 6. divin. instit. cap. 2. Dei unus est, malum non esset.* Dum brosius de sacerdot. dign. cap. 4 pertractat nem illum sancti Pauli Apost. quem de Epistolis scripsit, ita in illum commentatur



Tabernaculum se inter Episcopos credit esse altiore, qui vestem induerit clariorem, sed S. Apostolus taliter se intelligi non vult, quia non carne Episcopum, sed mente decet esse ornatum, ut ille sacerdos placeat Deo, qui animam habuerit compositam Deo. Certè vestes sumptuosæ, licet auro gemmisque intertextæ, non sunt, quæ Episcopum aut Sacerdotem venerabilem reddant populo, sed vitas mentis integra ac candida, moresque inculpati, ac S. Hieronymus incorrupti; quod bene notavit in duobus Episcopis quibusdam Episcopis S. Petrus Damianus, in Ep. 23. quos throno amplius dignos non iudicavit, sed ab illo deiecerunt, non quod in opulentibus pretiosis mitris, opulentibus habitibus, ac pedibus sumptuosissimis: licet enim homines illorum essent oves, ac pecoraliter tractati, non erant tamen pecora insensata, aut stolidi, quin scirent non tam egere pastorem in cultu exteriori corporis, quam interiore auri: Nec iis profuit, quod Pontifices ligati, auratis usi sunt baculis, dum Sacerdotum meritum, non nitor efficiat vestium, sed spiritualium norma virtutum, & non imitantiam margarite, vel gemma, sed mores aurei deceant sacerdotem. Hugo dignissimus Cardinalis, qui sub purpura vaticana, induebatur.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.

L. E. M. S. I.



duebatur rudi sagulo, dum prefatum  
 ponit Apostoli locum, geminum requirit  
 Ecclesiasticis ornatum, ut nimirum fulgeat  
*Interiori, quantum ad virtutes, exteriori, quan-*  
*tum ad bonos mores:* Errant longissime  
 rici illi, qui interiorem negligentes omnia  
 abundare student in superfluo exteriori.  
*facit ornatum clericum tener a vestis, sed ne-*  
*ditia mentis, dicit S. Bernardus, serm. 9. de*  
*bene vivend. alioque in loco acrius pro-*  
 dit idem Sanctus, inquit, seculares viri  
 tes talem fastum, in vestibulis, ac supelle-  
 bus domesticis, in ministris altaris, loco  
 apprehenderent, ac excitarentur ad de-  
 ctum mundi, magis excitantur ac animantur  
 ad illud sequendum ac amandum, & ad quod  
 recipere deberent modestiæ religiosæ con-  
 plum, in iisdem vident superbiam fastuosum  
 gisterium: *Idem in syn. Cum tantum fastum*  
*videant Laici in suppellectili clericorum,*  
*per eos invitantur potius, ad mundum delin-*  
*dum, quam negligendum? Quomodo non*  
*insolentes & elati, cum tantum fastum, tan-*  
*insolentiam videant Clericorum?* Definitio  
 ritas est in quodam Coloniensi Con-  
 i. P. 2. d. 22. fastum ac luxum Clericorum  
 dicem, potissimamque causam esse omni-



malorum in Ecclesia: *Præcipua causa omnia  
mali sunt fastus & luxus, à quibus clerici potis-  
simum male audiunt.* Quot Prælati putant se  
mira facere, dum in splendida aliqua pompa,  
ac fastuoso cum comitatu adveniunt, aut  
procedunt, sese non reflectentes ad salubrem  
illam Divi Bernardi monitionem: *Ep. ad Epif.  
senon. In omnibus exemplo Apostoli honorabi-  
tur ministerium vestrum: honorabitis autem,  
non cultu vestium, non fastu equorum, non am-  
plis aedificiis, sed moribus ornatis, studiis spiri-  
tualibus, ac bonis operibus.* In Annalibus Ec-  
clesiasticis notabilem aliquem reperio suc-  
cessum, mirè ad propositum præfens condu-  
centem: S. Dominicus Episcopum suum comi-  
tari debebat ad disputationem solemnem  
contra Hæreticos instituendam, ad quam dum  
hic se magna cum pompa ac fastu præparaf-  
set, cunctaque disposuisset, ut cum famulatio,  
ac comitatu insigni splendide ad illam accede-  
ret, ad Episcopum conversus Sanctus hic, di-  
xit: *Rayn. Anno 1206. n. 31. Non sic mihi crede,  
Domine Pater, non sic est contra filios superbiæ  
procedendum; humilitatis, ac patientiæ, religio-  
nis, aliisque virtutum exemplis convin-  
cendi sunt veritatis adversarii, non fastus  
elationis, & ostentatione gloriæ sæcularis.*

K 5

Discal-

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.

L. H. M. S. I.



Discalcearunt ergo sese , ac nudis pedibus  
 cum summa animi demissione , viam sese com-  
 miserunt ; sed cum viam ignorarent , ad-  
 junxit se illis in comitem ac viam ducem , ha-  
 reticus quidam , simulans se esse catho-  
 cum , qui illos deduxit per semitas , spi-  
 ritibusque obsitas ; cumque sancto  
 minico pedes maderent sanguine , omni  
 bono illo erexit omine , ac de certa con-  
 hæreticos victoria confirmavit , prout  
 am evenit , dum perfidus ille primus  
 omnium compunctus , se convertit . Haec  
 omnia ita disposuit Deus , ad impediendum  
 Prælati illius fastum , qui falsò credebatur  
 huiusmodi majorem sibi conciliandam  
 mationem , amplioremque respectum .  
 vir optimè sancta Ecclesia , à sancto Spiritu  
 gubernata , quod Ecclesiastici in sacris  
 ministeriis pro splendore ac decore Dei  
 sua deferunt servitia , comparere debeant  
 vestibus præfulgidis , imo talibus , in  
 bus nec ad pretium , nec valorem ( si po-  
 bile sit ) quidquam possit comparari , ni-  
 lominus tamen , *Attendat studiosè sacerdos*  
 ( prout monet Durandus in *Rat. divin. officii*  
*c. 2. n. 5. ) ut signum sine significato non queratur*  
*est , ut vestem sine virtute non portet*



forte similis sit sepulchro foris dealbato, intus  
 vero omni spurcitiâ pleno; quisquis enim sa-  
 cerdos indumentis ornatur, & honestis mori-  
 bus non induitur, quanto venerabilior appa-  
 ret hominibus, tanto redditur indignior apud  
 Deum. Sacrarum vestium pretium, ac  
 sumptuositas, oculis DEI abscondere non  
 potest cor perversum pessimisque affectioni-  
 bus plenum.

Adeo verum est, quod externus orna-  
 tus, destitutus interiori virtute ac probi-  
 tate, nihil juvet ad conciliandum respectum  
 ac reverentiam Ecclesiasticis apud laicos, ut  
 econtrariò hi exinde deducant, juxta pro-  
 batissimum sancti Bernardi testimonium,  
 App. ad Guil. Abb. c. 9. latere cor prophanum,  
 sub pectore, sacris indumentis tecto; Ex-  
 terior superfluitas interioris vanitatis indici-  
 um est; mollia indumenta, animi molliti-  
 em indicant: Dumque in Remensi Con-  
 cilio sanctus idem concionaretur, Cle-  
 rumque adhortaretur toto zelo, ut exte-  
 riori relicto cultu ac luxu, ad interiorem  
 animæ ornatum sese converteret, effica-  
 citer inculcabat eis: *Ministri Christi sunt,*  
*& serviunt Anti-Christo, honorati incedunt*  
*ex bonis Domini, cui honorem non deferunt;*

VERUSI

1715  
 clu. h. 1515



unde hinc est eis, quem quotidie videmus, meretricius nitor; inde aurum in sellis, & in calcariis; plus nitent calcaria, quam altaria. Ita mentem Clementis Alexandrini, nec gloria nec respectus acquiritur, nec ex magnis palatiis, nec ex pretiosis cultissimisque verbis nec ex nobilium plurimorum splendore comitatu, ingentisque familiarum numero mulitio, sed ex munifica modestia, ex affluente humanitate, aliarumque virtutum exercitio. *Padagog. l. 2. c. 12. Quanto est gloriosus, magis benefacere, quam magnifice habitare. Quanto prudentius est, in homines, quam in lapides aurum impendere?* Nihil aliud quaesivit Lucifer ad decipiendum S. Carolum, quam illum induceret ad vanam aliquam suam purpuram gloriolam; hinc per os alicujus obfessorum mel hanc loquutus est: *Oh, se, io ti potessi mettere, un poco di superbia, in questo strascino!* Continam tibi, per rete illud, immittere, aut spirare possem aliquid superbiae! Quasi dicere voluisset, si hoc habeam, habeo totum.